

Conservatione rerum omnium, tam visibilium quam invisibilium, Colos. 1, 16. licet abundè deprehendere & numero plurima, & pondere maxima.

63. Est enim divina & omnipotentia & ejusdem ineffabilis sapientia ac bonitatis argumentum, quod non modo pulcherrimum hoc Mundi theatrum, & creaturarum quæ in eo sunt omnium opificium, ἡσπασίαν, merâ motus bonitate Deus perficere voluit: Sed & illud hodieque conservat, fovet, movet, sustentat. Quod utrumque plena manu passim scriptura deprædicat. Psal. 104, 24. Proverb. 8. Gen. 1, 31. Sap. 11, 25. Joh. 5, 17. Act. 17, 28.

Incorporeus.

64. Ceterum quoad attributa D E I ἄσπασίαν sive negantia, duo eorum in specie, nostra exprimit confessio: Deum nominans incorporeum, & impartibilem.

Joh. 4,
24.
Inc. 24,
39.

65. Incorporeum Deum esse vel inde constat, quia Spiritus est. Spiritum enim, uti carnem & ossa, sic neq; corpus habere, ex ipsius Christi assertione liquet.

66. Est verò Deus usque adeò omnis materie tam Physicæ, quam Logicæ expers, ut ne quidem eo respectu dici queat incorporeus, quo Angeli & anima nostra: Nam, uti scitè Iustinus Martyr philosophatur, ἐπέκεινα ἐστὶν ὁ θεὸς τῆ αὐτῆ ἕστιάς ὡσπερ τῆ σώματος, ἕτως καὶ τῶ σώματος: ὡς ἐκατέρω τῶτων ὑπάρχων δημιουργός: ἕδῃ

ᾧ